

ΦΟΙΝΙΞ. PHOENIX.



RADIX RHODIA.



CAP. XXXIX.

PHOENIX folia habet hordei, sed breuiora, & angustiora: spicam lolio similem: calamos digitorum secum, radici aduolutos: septenas octonásve spicas. In aruis, tecrisque recenter illitis nascitur. Harum virium compos, ut in uino austero pota alui profluvium, & emanantem vulua sanguinem fistat, vrinae impetus infrenet. Sunt qui adalligatam in puniceo vellere, & suspen- sam, sanguinem suppressum prodant.

PHOENIX Hetruscis sylvestre Lolium dicitur, quēd sibi Phoenicis cōfideratio. proferat lolio similes. Nascitur frēquens in uicis secus uias, in agrorum marginibus, & in templorum plateis: quē quidem nulla prorsus repugnante nota Dioscoridis descriptioni adstipulari deprehendit. Plinus libro XXII. cap. xxv. Phoeniceam herbam ita à Græcis appellatam, à Latinis lolium murinum vocari ait, quod fortasse mures derudent spicas illius, quē in edificiorum tecis prouenit. Hęc frequentissima uistitur Goritię in coemeterio diuī Francisci, & Venetijs in litore marii prope facellum diuī Nicolai. In summa eius ubiq̄e prouentus. Huic herbę nomē Græcum Φοίνιξ, Latinum similiter Phœnix, Lolium murinum, & Hordeum murinum: Italicum, Gioglio saluatico.

Nomina.

IDÆA RADIX. CAP. XL.

IDÆAE radici folia sunt ea, quae rusco: adhærent ijs veluti exigui capreoli, è quibus flos. Radix spissandi naturam habet, his cōueniens, quibus adstrictione opus est. Pota, citam aluum, mensesque, & omnem abundantiam sanguinis fistit.

IDÆA radix hodie, quod sciam, ad nos non conuehitur: nec quenquam hactenus reperi, qui scribat, ubi hęc planta proueniat: et si cognomine natale eius solum facile indicari uideatur, quod scilicet in Idā monte, qui ad Troadem spectat, nascatur: nel in eo eiusdem nominis, qui in Creta habetur, ut etiam Idæo rubo euénire superius dictum est. Huius uires tradidit Galenus libro VI. simplicium medicamentorum, sic inquiens. Idæa radix gustu admodum acerba est: ac si opere periculum facias, eandem uim preferet, nimis sanguinis profluuius, aliui fluxus, dysenterias, profluuium multerum, & quæcunq; eius sunt generis tum pota, tum foris imposta curans. Ea ut Græcis Iδαλα ἔιλα, ita etiam Latinis Idea radix uocatur: Italis, Radice Idea.

Idæa radicis consider.

Idæa radicis uires ex Gal.

Nomina.

PODÒLAKA. RHODIA RADIX. CAP. XLI.

GIGNITVR Rhodia radix in Macedonia, costo similis, leuior, inæquabilis: quae contrita rosas redolet. Utillissima capitis doloribus, si madefacta fronti, & temporibus cum rosacei momento imponatur.

RHODIA planta est non omnibus planè vulgaris, & cognita in Italia: et si ea facile in Apennino, & Gargano montibus nasci, & inueniri posse. Quę in nostro horto Goritię uiret, iandiu eam Gratio Styrie oppido Petrus Salicetus medicus clarissimus, & in simplicium facultate non imperitus, ad nos priuam uidentam misit: quam tamen postea frequentissimam reperi in monte magno supra Vipacum, qui circiter uiginti millia passuum à Goritia distat. Ceterum quoniam paucis sane notis eam perstrinxit Dioscorides, ut ab omnibus facilius & cognosci, & reperiri possit,


Rhodiae radicis confid.

posit, nos non temere facturos duximus, si eius historiam hic diffusius tradamus. Radix itaq; Rhodia caules emittit rotundos, quadantes concavos, cibitales, à quibus circunquaq; folia prodeunt longiuscula, in acutum desinentia, portulacæ, aut sedi instar pinguis, minutissimæ per ambitum serrata. In caulinum cacumine umbellam profert, viridem titubat, cyparisij modo, sed quæ ubi defloruerit, rubescat. Radix ei inæqualis, strumosa, crassa, qualis costo, leui cortice que recens est, exterius splendescens, & intus subalbida: que uero sicca est, leuis percipitur, intus rubens, & foris squamosa. Mansa hæc recens, aut trita odore mirum in modum rosas refert: unde merito ei Rhodie nomen. Præterea omnium radicum uiuacissima est: quippe que è terra effossa, nisi locis perquam siccis reponatur, post multis mensis rursus plantata statim repullulat. Nascitur in altissimis montium rupibus saxosis, præruptisq; locis, ubi uix tantum terræ circum habet, ut illi inhærente posse. Valet hæc ad capitis dolores a quacunq; causa provenientes, si recens confracta, & rosacea aqua perfusa, ubi calidus sit affectus, aut cum amaraci aqua, si frigidus sit morbus, fronti temporibusq; illinatur. Cerebrum roborat odoris iucunditate, conuenientijs (ut diximus) omni capitis dolori, ut potest temperatis sit qualitatibus praedita: id quod indicat rosaceus eius odor, quo mirificè redolet. Rhodiæ radicis meminit Galenus libro v i i i. simplicium medicamentorum, sic de eius uiribus scribens. Rhodia radix ea uidelicet, que in Macedonia nascitur, tenuum partum, & discutientis est facultatis. In calefaciendo uero secundi recessus censenda est, aut certe tertij incipientis. Hæc planta Græce ἡρδία ήλιξ, Latine Rhodia radix nominatur: Italice, Radice Rhodia: Germanice, Rosen uurtz.

Rhodiæ radicis uires ex Galeno.

Nomina.

E Q V I S E T U M P R I M U M.



Ιταλογις. E Q V I S E T M.

E Q V I S E T U M A L T E R U M.



CAP. XLII.

E Q V I S E T U M in riguis, & scrobibus nascitur. caulinus inane, geniculatus, in se fari, rubescentes, leniter scabri: & iuncta circa eos folia, crebra, exilia. In sublimi attollitur; vicinos arborum caudices scandens, obuolutumque dependet, comis multis, nigris, ut equorum cauda: radix lignosa, dura. Vis herbæ spissare: quare sanguinem naribus erumpentem succus ipse fistit: prodet dysentericis in uino potus: vrinam cit. Sanguinolenta vulnera glutinantur, tritis folijs, & illitis. Radix cum sua herba tuſsim, orthopœcam, ruptaque adiuuat. Folii in aqua potis, dissecções vesicæ, & intestinorum, enterocelæque in unum coalescere, cogique feruntur. Alterum Equisetum caulis est rectus, cubito maior, inanis: comis per interualla brevioribus, candidioribus, & mollioribus. Id cum aceto tritum, vulneribus remedio est, eademque fungitur facultate.

E Q V I S E T U M

EQV'IS ET VM officinis, & herbarijs plerisque uerbum Gr̄ecum redditibus Cauda equina non natur. Vn-
trunque eius genus vulgaris est notitiae. Alterum, quod aspero sit caule, à quibusdam vulgo Asperella uocatur. Ex-
petitur hec mulieribus ad flagra uasa detergenda, illustrandaq; nec non etiam materiarijs fabris, ijs præsertim, qui
torno opera sua conficiunt: siquidem huius herbe scabritia ille suis uasis splendorem, nitoremq; conciliant: isti uero
similiter suorum operum ruditudinem expoliunt. Primum autem Caudam equi omnes sere appellant, quod facie equo-
rum caudas referat, unde & Grecis Hippuris dicta est. Profert hec, cum primum ē terra erumpit, quoddam tener-
imum germen, oblongum, iuglandium iulo non absimile. Hoc rura nostra vulgo uocant Paltrufalo, in cibumq; assu-
munt, ieunijs quadragestalis tempore. Etenim illud prius elixant, mox farina circumspurgunt, & oleo in sartagia-
ne frigunt, manduntq; piscium uice. Ex quo cibo aliis quandoq; eorum adeo constringitur, & constipatur, ut in co-
li cruciatum faciliter incurvant. Sunt qui primum hoc Equiseti germen siccum afferuent per annum, quo subinde aesta-
te utantur ad dysenteriam. Quippe quod aqua calida nocte maceratum eo modo decoquunt, quo dictum est, & in ei-
bus magno successu exhibent. Vntrunque Equisetum eleganti admodum pictura expressit Fuchsius clarissimus in suis
magnis de stirpium historia commentarijs. Sed nescio qua postea ratione ductus, is in paruo libro, in quem plantarum
imagines duntaxat depingi, & imprimi curuit, primi generis Equisetum pro Polygono foemina aperto lapsu reddi-
derit. Equiseti meminit Galenus lib. v. simplicium medicamentorum, ubi eius uires retulit his uerbis. Hippuris,
inquit, adstringentem cum amaritudine facultatem posidet, ac proinde ualenter, simulq; citra mordacitatem exic-
cantem. Itaq; uulnera maxima cataplasmate imposita conglutinat, etiam si præfectos esse neruos contingat: præte-
rea uocatas enterocelas glutinat. Cæterum ad sanguinis refectionem, ad profluum muliebre, potissimum rubrum,
ad dysenterias, & ad alios uentris fluxus generosum est remedium herba ipsa aut ex aqua, aut ex uino pota. Sunt qui
de ea scriptum reliquerunt, quod nonnunquam etiam ueſtæ, ac tenuium intestinorum uulnera succus ipsius sanue-
rit. Prodest etiam profluum sanguinis ex naribus, tum fluxui obnoxii in uentre affectibus ex austeriorum uinorum
quopiam potus: ac si febre teneantur, ex aqua. Que planta Gr̄ecis ιωσοφης, Latinis Equisetum appellatur:
Arabis, Dhenben alchail, Dhenib alchi, sive Daneb alchail: Italis, Coda di cavallo: Germanis, Roszschuanz;
Hispanis, Coda de mula, & Rabo de mula: Gallis, Queue de cheual, & Prela.

Equiseti con-
sideratio.

Fuch.lapsus.

Equiseti vires
ex Galeno.

Nomina.

Kōκκος βαφήνι. COCCVM INFECTORIVM. CAP. XLIII.



COCCVM, quo infectores vtuntur, frutex est sur-
culosus, paruus, cui grana ceu lentes adhærent, quæ ele-
cta congeruntur. Optimum gignitur in Galatia, & Ar-
menia: deinde Asia, & Cilicia: ultimum ex omnibus Hi-
spanicum. Vis huic spissandi: vulneribus, neruisque præ-
cisis, conuenienter ex aceto tritū illinitur. Nascitur quo-
que in Cilicia ē querubus, cochlearum exilium simili-
tudine, quod illius regionis mulieres ore legunt, & coc-
cum vocitant.

ET S I Coccum seu granum tinctorium seplastarijs, & infec-
toribus notissimum sit, quod & medicamentis admisceatur, & eo
plurima tum sericea, tum lanea stamina infici soleant; nescio ta-
men an eius arbustula in Italia proueniat. Nos autem eam, cuius
picturam damus, uidimus ex Byzantio allatam. Porro Coccum tin-
ctorium communis usus constat rotunda, inaniq; bacca, que nul-
lam profecto lentis faciem refert, ut Dioscorides afferit. Ut hinc
plane coniucere licet, Coccum hoc diuersorum esse generum, no-
strumq; facile illud esse, quod Plinius in Attica, & Aphrica pro-
uenire tradit, Scoleton ideo uocatum, quoniam ex eius medulla te-
nues exoriuntur uermiculi: argumento quod hoc inane intus de-
prehendatur. Huius puluer non infeliciter utuntur mulieres Ita-
licæ ad prohibendum aborsum, ipsum grauidis in ovo sorbili propi-
nantes paucu addito thure, uel mastiche. Cæterum contendunt

Cocci infecto-
rij consid.

Monachoru-
opi. explosa.

Monachi illi reuerendi, qui in Mesuem commentarios ediderunt, aliud esse Coccum, aliud uero Chermesinum vulgo
uocatum, quo serica & stamna roseo colore inficiuntur. Etenim afferunt ij legitimum chermesinum ē quibusdam fieri
granulis, que ut plurimum uulgaris Pimpinelle radicibus adhærentia reperiuntur, uocariq; hec propriè Mauritanis
Chermes: & hinc isti deinde colligunt, minime credendum esse, quod Gr̄ecorum coccum vulgo grana tinctorū nun-
cupatum, sit Mauritanorum chermes: quandoquidem magna omnino inter colorem coccineum, & chermesinum in-
tercedat differentia. Sed hos patres hallucinari (pace tamen eorum dixerim) ex eo equidem euidentissimum fieri ar-
bitror, quod hactenus neminem Arabicæ sectæ inuenerim, qui eorum adstipuletur sententia. Siquidem Serapio per
chermes nil aliud intelligit, quam coccum tinctorium à Gr̄ecis appellatum, cum de Chermes agens ea sane omnia in
eius historia referat, quæ Dioscorides suoocco tribuit. Quapropter scirem libentissime qua ratione, quaque autho-
ritate nisi i reuerendi monachi in hanc uanam, et erroneam deuenerint opinionem. Verum non ob id negauerim ego
nostrum

Grani tintorij uires ex Galeno.

Nomina.

nostrum Chermesinum à cocco minimè differre, quod certò sciam, aliud esse coccum, aliud chermesinum, unde & infestores differentie causa coccum Granam nuncupant, Chermesinum uero, quod è pimpinellæ radicibus decerpitur: sed negauerim quidem Mauritanorum chermes nostri usus chermesinum esse, quod nil aliud Chermes esse putem, quam Coccus, cuius hic meminit Dioscorides. Chermesinum nouum iampridem conuechitur in Italianam ex Hispanijs ab occidentalib[us] India importatum, quod cum copiosissimum afferatur, Chermesina stamina nunc uilescere coepérunt. Coca ei seu Grani infectorij uires descripsit Galenus lib. v. 11. simplicium medicamentorum, his uerbis. Granum tintoriorum adstringentem, simulq[ue] amarum facultatem possidet. Vtraque sine morfu desiccatur, proinde ad ingentia uulnera congruit, præsertimq[ue] neruorum. Sed tunc ipsum quidam cum aceto terunt, alij cum oxymelite. Que nōnos s[ecundu]m Græcū, Latinē pariter Coccus baphica, & Granum infectoriorum nominatur: Arabicē, Charmen, Kermes seu Chermes: Italicē, Grana de tintori: Germanicē, Schlarach ber: Hispanicē, Grana para tennir, & Grana en grano: Galicē, Vermillon.

Tεχνιον. TRAGIVM.

CAP. XLIIII.

TRAGIVM nascitur in Creta tantum insula, lentisco semine, folio, & ramis simile, singulis tamen minoribus: succus ei lacteus, gummi non dissimilis. Semen, folia, lacrymaque illitu spicula è corpore ejciunt: omnia quoque corpori impacta, euocant: pota stranguriae medentur, calculos uescæ frangunt, menses trahunt. modus in sumptione est, drachma una. Fama est sylvestres capras sagittis confossas, eius herbae pabulo spicula excutere.

Tεχνιον ἔτερον. TRAGIVM ALTERVM.

CAP. XLV.

EST ET alterum Tragium, quod tragoceros aliqui vocant: folia scolopendrij habet, & radicem sylvestris raphani, tenuem, candidam. Quam crudam vel coctam esse dysentericis prodest. Folia autem, hirci virus olent: exinde sibi tragij nomen adoptauit. Prouenit in montibus, & præcipitijs.

Tragij consideratio.

TRAGIVM, quod in Creta tantum nasci tradit Dioscorides, quodq[ue] in uniuersum lentisco simile facit, Plinius libro XIII. cap. XXI. ipsum fruticem terebintho simile reddit, & libro XXVIII. cap. ultimo, idem iuniperu[m] assimilauit. Id quod dubio procul ostendit, Tragium hoc omnino illi fuisse ignotum, & quod tantum id de eo memoriae prodiderit, quod ab alijs authoribus non minus fortasse hac in re cœcutientibus mutuatus est. Hoc etate nostra non desertur, quod sciam in Italianam. Quo fit, ut id mibi hæc nō sicut & ceteris herbarum studiosis, ut serme suspicor, sit in Italia incognitum. Quod autem secundo loco à Dioseoride representatum est, id potius herbam esse crediderim, quam arbustulam, cum eius radix tam cruda, quam cocta in cibum ueniat, sitq[ue] sylvestris raphano proxima. Veruntamen nondum reperi qui plantam mibi demonstraret, folijs scolopendrio similibus, que hirci virus oleant. Ex quo adducor, ut ab ijs plane dissentiam, qui putant Tragium hoc eam esse plantam, quam quidam Pimpinellam, quidam uero ab odore Saxifragam hircinam appellant.

PIMPINELLA SAXIFRAGIA.

Opinio/reprobata.

Pimpinellæ genera, & uires.

Brosenoidæ.

Pimpinellæ vulgaris uires.



non desertur, quod sciam in Italianam. Quo fit, ut id mibi hæc nō sicut & ceteris herbarum studiosis, ut serme suspicor, sit in Italia incognitum. Quod autem secundo loco à Dioseoride representatum est, id potius herbam esse crediderim, quam arbustulam, cum eius radix tam cruda, quam cocta in cibum ueniat, sitq[ue] sylvestris raphano proxima. Veruntamen nondum reperi qui plantam mibi demonstraret, folijs scolopendrio similibus, que hirci virus oleant. Ex quo adducor, ut ab ijs plane dissentiam, qui putant Tragium hoc eam esse plantam, quam quidam Pimpinellam, quidam uero ab odore Saxifragam hircinam appellant. Quandoquidem huic scolopendrij folia non insunt, nullusq[ue] eius ad dysentericos usus, tametsi ad ciendam urinam, expediendosq[ue] iuferum infarctus plurimum præstet. Huius PIMPINELLÆ duo habentur genera. Maior radice nititur longa: folijs circumquaque solo procumbentibus, dissectis, per ambitumq[ue] serratis: caule quadrangulari: floribus in umbellam coherentibus, tenuibus, albicantibusq[ue]. Minor caule exit rubenti: folijs minorebus, minus dissectis, manutiusq[ue] serratis. Vtraque tamen hircum redolet. Radix, in qua uis tota consistit, excalfacit, sticcatq[ue] ordine secundo completo, aut sanè tertio incipiente. Præstat hec ad renum, & uescæ morbos, quorum calculus est causa. Ob id enim renes à calculis expedit, & urinam remoratam pellit. Prodest expressus è radicibus succus ex uino baustus, deleterijs medicamentis, & uenenorum animalium morsibus. Qua ratione nos desunt, qui ad pestilentiam, radicem hanc miris laudibus efferrant. Est & alia Pimpinella, que à nostris uulgò SOLBASTRELLA nominatur, nullis non cognita, utpote que aetarijs frequentissime inseratur. Verum hec ab antedictis longe distat uiribus, et si foliorum facie satis inter se conueniant. Siquidem ultima hec gustata non leuiter adstringens percipitur, & lenitoris copiam præbet. Vnde facile coniicitur, eā esse adstrictiorie facultatis.

PIMPINELLA.



TRAGVM.



facultatis. Hinc itaque fit, ut muliebre profluum efficacissime fistat: dysenteriam, & ceteros alii fluxus cobeat: quin & biliosas uomitiones reprimat. Herba ipsa uulnera, & ulceras sanat: misceturq; unguentis, que tum ad capitis uulnera, tum ad carcinomatā parantur. Hanc Mattheus Curtius clarissimus etatis nostrae medicus, contagiosis, pestilentibusq; febribus maximē commendauit. Sunt qui eam Elatinen esse putent. Sed ijs, meo quidem iudicio, aberrant, ut suprà etiam in sua mentione docimus. Tragi meminit Galenus libro VIII simplicium medicamentorum, ubi h.ec de eius uiribus tradit. Tragi, inquit, flora, semen, & lacryma trahentis, digerentisq; sunt facultatis. Est uero & tenuium partium, & facultate in principio tertij ordinis calida. Corpori infixa extrabit, lapides frangit, menses mouet drachme pondere potum. Porro in Creta sola nascitur tragon lentisco simile. Ceterum alterum Tragum hoc minus, cuius folia scolopendrio similia sunt, uisitum quidem multis in locis: sed non parum habet facultatis adstringentis, ut & ad fluxionum affectus conueniat. Vtraq; planta Græcis τραγός, que admodum & Latinis Tragum appellatur.

Tragi uires
ex Galeno.

Nomina.

Τραγός. TRAGVM. CAP. XLVI.

EST etiam herba tragos, quam aliqui scorpion, aut traganon uocant: maximē in maritimis nascens, palmū alta, aut amplior, fruticosa, humilis, oblonga, sine folijs: pusillis circa ramos acinis, rufis, multis, magnitudine tritici, acuto cacumine, gustu multū adstringente. Racemorum acini decē ex uino poti, cœliacis, & fœminis fluxione vulua laborantibus, auxiliantur. Tunduntur aplerisque, & in pastillos digesti asseruantur: quibus utuntur, cum opus est.

TRAGVM aliquibus Scorpion uocari non modo tradiit Dioscorides; sed etiam Plinius lib. XXVII. cap. ultimo, his uerbis. Est & herba Tragos quam aliqui Scorpion uocant, semipede alta, fruticosa, sine folijs: pusillis racemis, rubentibus, grano tritici, acuto cacumine, & ipsa in maritimis nascens. Et lib. XXI. cap. XV. Spinosarum, inquit, multæ species. In totum spinosa est asparagus, scorpio: nullum enim folium habet. Id quod ante ipsum posteritatis memorie prodiderat Theophrastus libro VI. cap. primo de historia plantarum, cum inquit. Aculeatorum alia ex toto aculei sunt, cœu corruda, et scorpius: hæc enim nullum præter aculeum folium gerunt. Hinc itaq; omnibus abunde constare arbitror, herbam, cuius hic effigiem datus, legitimū esse Tragum. Ea siquidem in maritimis nascitur (plurima enim in Tergestino litora prouenit, & ad Argentarium promontorium in Hetruria) nulla prorsus reclamante nota ex ijs, quas rei herbarie authores Trago reddiderunt. Huius tamen nusquam, quod inuenierim, meminit Galenus in simplicium medicamentorum censu. Herba hæc τραγός & σκορπός Nomina. Græce dicitur: Latine item Tragus & Scorpio.

Σκορπός. IVNCVS. CAP. XLVII.

IVNCI duo genera, vnum lauis nominati: alterum acuti, qui in mucronem fastigiatur. Cuius etiam duo assignantur genera, vnum sterile: reliquum fert semen nigrum, rotundum, & crassiore constat calamo, carnosioreque. Tertius est iuncus, qui uocatur oloschœnos, prioribus carnosior, asperiorque: is similem supradicto fructum in cacumine parit. Semen utriusque

IVNCVS.


Iunci confide
ratio, & uires
ex Galeno.

Nomina.

Baco igni
Lichenis con
sideratio.

Lichenis ge
nera ex Ph.

Pulmonarie
depictio, &
uires.



LICHEN.



que tostum, ex diluto uino potum, fistit aluum, & rubra
feminarum profluvia: vrinam cit, capitisque dolores
facit. Quæ proxima sunt radici folia tenera, conuenienter
illuntur aduersus phalangiorum morsus. Aethio-
pici iunci semine somnus allicitur: sed modus in potio-
ne seruandus est, ne sopor fiat.

IVNCVS omne genus uulgaris est notitiae: quandoquidem
propter stagnantes aquas omnes eius reperiuntur species. Iun-
ci generum meminit Galenus lib. viii. simplicium medicamen-
torum, ubi de ijs ita scriptum reliquit. Schœnos leia, hoc est, Iun-
ci leuis, quedam oxy schœnos, alia oligoschœnos nuncupatur.
Gracilior, duriorq; oxy schœnos: crassior, laxiorq; oligoschœ-
nos. Fructus oligoschœni somnum affert. At oxy schœni due sunt
species: altera sterilis, cuius quidem in medicina nullus usus est:
altera uero semen fert, cuius etiam semen somnum conciliat, sed
minus quam oligoschœni: quanquam tamen hoc caput tentet.
Vtrumq; si frictum cum uino bibatur, uentris fluxus desiccatur, &
muliebre profluum rubrum fistit. Ex quibus clarum est, quod
composita eorum temperies est ex terrena uidelicet essentia leui-
ter frigida, & aqua leuiter calida: ut & inferna desiceare pos-
sint, & sensim frigidos ad caput uapores submittere, quibus som-
nolentos efficiant. Σωνος sic Græcis, Iuncus uero Latinis
uocatur: Arabibus, Dis: Italos, Giunco: Germanis, Buntzen scha-
melen: Hispanis, Iunco: Gallis, Ionc.

ΛΑΧΙ. LICHEN. CAP. XLVIII.

LICHEN, qui faxis est familiaris, aliquibus 30
bryon appellatur, asperginosis petris adhæret, ut mu-
scus. Is illitus sanguinis profluvia fistit, inflammatio-
nes atket, impetigini medetur. Iuuat regio morbo cor-
reptos, cum melle illitus: oris, & linguae defluxiones
inhibet.

LICHEN procul dubio ea est planta, quam officine, &
herbarij bodie Hepaticam uocant. Hanc autem Græci Liche-
na appellauunt, quod lichenas serpentis morbi genus, im-
posita fistat, & sanet. Lichen in asperginosis, & rorulentis pro-
uenit locis, nudis petris adhærens, musci modo. Folio constat
suppingui, cartilagineo, prope radicem angusto, in latum se
pandente, triplici uel quatriplici lacinio intersecto. Prodeunt
à radice caulinis tenues, quibus capitula insunt parua, stel-
larum effigie. Lichenis Plinius libro xxvi. cap. 1111. duo
produntur genera, que his uerbis depingit. Lichen, inquit, her-
ba omnibus his prefertur, unde nomine inuenio. Nascitur in sa-
xosis, folio uno ab radice late: caule uno, paruo, longis foliis de-
pendentibus. Hec delet & stigmata: teritur cum melle. Est aliud
genus Lichenis petris tantum adhærens, ut muscus, qui & ipse il-
linitur. Hic & sanguinem fistit vulneribus instillatus, et collectio-
nes illitus. Morbum quoq; regium cum melle sanat ore illito, &
lingua. Qui ita curantur, aqua salsa lauari iubentur, ungi oleo
amygdalino, hortensibus abstinere. h.c Plinius. Cæterum est
herba Licheni non longe dissimilis, que in quercuum, aliarumq;
sylvestrium arborum caudicibus nascitur, in opacis præsertim syl-
uis. h.c tamen aridior, & ambitu latior, superiore parte uire-
scens, inferiore uero paleescens, maculis quibusdam referta, adeo
ut formam pulmonis referat: unde plerisque PULMONA-
RIA dicta est. Utuntur bac nonnulli magis fortasse nomine, quam 50
ipsis uiribus fiet, ad tabem, pulmonum ulceram,
& cruenta pputa. Nec desunt, qui laudibus efferant ad uulnera sananda, ad pudendorum ulceram, & ad u-
trunque

POLMONARIA.



Παρωνχία.

PARONYCHIA.



Χρυσοκόμη.

CHRYSOCOME.

CHRYSOCOME palmi altitudine fruticat: coma specie corymborum, hyssopo simili: radice hirsuta, veratri nigri modo, tenui, cyperum æquante: gustu non iniucundo, ex dulci austero, in petro-

X 2 sis,

ad utrumq; muliebre profluvium, cui mirifice mederi aiant. Quin & eam dysentericis exhibent, & biliosa cuomentibus. Est & Pulmonaria alia herba, que etiam Pulmonaria uulgò nominatur, ab illa tamen maximè differens, in opacis proueniens, folio buglosi, aspero, hispido, albis maculis circumpresso. Caulem gerit hæc in eunte uere, in cuius cacumine flores erumpunt purpurei, perinde ac in uulgari cynoglosso. Huic plantæ rei herbarie periti non contemnendas uires tribuunt, ad pulmonis ulcera sananda. Qua in re, itemq; in sanguinis refectione mirabili successu se eā exhibuisse mihi sepius retulit Iulianus à Marostica Tervisiensis medicus peritissimus: decoquitur enim ad medias, daturq; decoctum potandum addito saccharo: uel succus ex ea expressus serapij modo cum saccharo paratus. Præstant hæc omnia herba ipsa, & flores, quoquo modo à tæbe affectis sumantur decocta. Lichenis meminit Galenius libro VII. simplicium medicamentorum, sic inquietus. Lichen, qui in petris nascitur, est uelut muscus quidem, sed recte ex plantarum genere censeri potest. Sic autem nominatus uideatur, quod lichenas seu impetigines curet. Extergentem, ac modicè refrigerantem facultatem habet, utramq; uero resticantem. Abstergentem quidem, atque exiccantem à petra obtinet, refrigerantem uero ab humore aquo: nascitur enim in humidis, & grauior olentibus saxis. Porro quod ex talibus substantijs componitur, aduersum esse inflammationi, nihil mirum est. Ceterum an sanguinis profluvia fistat, ut refert Dioscorides, id neutiquam dicere queo. Quod Græcis λειχή, Latinis item Lichen dicitur: Arabibus, Azez alsacher: Italos, Lichene: Officinis, Hepatica: Germanis, Stein laber kraut, & Brunnen leber kraut: Hispanis, Hepatica, & Figadella: Gallis, Hepaticæ, & Porcorau.

Lichenis ui-
res ex Gal.

Nomina.

CAP. XLIX.

PARONYCHIA exiguus frutex, in petris nascens, peplo similis, minor longitudine, maioribus folijs. Illata paronychijs, atque fauis remedio est.

PARONYCHIA non modo in saxis gignitur; sed etiam in ueterum ædificiorum parietibus, folijs peplo, aut rutæ similibus, aduersa parte pallentibus, paruisq; maculis refertis, phyllitidis uel hemionitidis modo. Hanc aliqui parietum Rutam, alij Saxifragam appellant. Copiosissima prouenit hæc in ingenti sylua, que in itinere est, quo Goritii discedentes petunt Labacum Carniolæ urbem, ubi & in saxis, & scieis arborum truncis frequentissima uisitur. Meminit Paronychia Galenus lib. VIII. simpl. medic. ita de ea scribens. Paronychia ab effectu nominata est: sanat enim paronychias, & ut refert Dioscorides, fauos quoq;. Vis eius est tenuum partium, et exicatoria morsu uacans: talia enim sint operata, quæ paronychias sanant. Porro satis constat tale esse idoneum ad digerendos affectus omnes, qui digeri postulant. Siquidem eiusmodi sunt, que cum ex tertio sint ordine excalcentium, & deflificantum, uelut & hoc, essentiae insuper tenuium partium sunt. Planta Græcis ταχεωνχία, pariter Latinis & Italos Paronychia nominatur.

Paronychie
consider.

Paronychie
uires ex Gal.

Nomina.

CAP. L.

sis, opacis que nascitur. Radix excalfacit, & adstringit: his conueniens, quos iecur, aut pulmois inflamatio male habet. contra purgationes vuluae, decocta cum hydromelite assumitur.

Chrysocomes confidit.

Vires ex Galeno.

Nomina.

Qy 1. Chrysocomen in Italia mihi ostenderet, hactenus reperi neminem. Quamobrem in eo naturae uiridario, plantis compluribus nobis incognitis reserto, quod tantum in sui ipsius usum colit natura, ne omnibus exuta medicamentis, suis etiam languoribus mederi nequeat, eam & uirescere, & florescere omittamus, donee nobis, aut alijs compertam in communem quoque cognitionem, & usum prodere contingat. Interim tamen, ut nostrum institutum sequanur, uires eius ex Galeno subiectam: quas ipse libro VIII. simplicium medicamentorum, ijs uerbis descripsit. Chrysocoma uocatur & chrysites. Radix uincentes acrem simul, & adstringentem qualitates habet: quare neque multi usus est. Usui tamen est decocta in melicrato in peripneumonijs, & morbis hepaticis. Sed & menstrua purgationis prouocande uim quandam obtinet. Χρυσονόμα sic Græce, ut etiam Chrysocoma Latine dicitur.

Χρυσόγονον. CHRYSOGONUM.

CAP. LI.

CHRYSOGONUM densè fruticat, quernis folijs, flore coronarij verbasci: radix ut rapum extuberat, intus ruberrima, foris nigra. Quæ trita cum aceto, atque imposita, muris aranei moribus auxiliatur.

Nomina.

CHRYSOGONUM, nisi aliunde in Italiano defiratur, inter plantas, que minimè cognoscuntur, & ipsum perpetuò recensendum esse putaserim: uel nobis in abditissimis naturæ hortis, ubi delitescit, inuestigandum erit. Id siquidem hactenus mihi neq; inuenire, neq; ab alijs compertum uidere licuit in Italia. Quod Χρυσόγονον Græci, Latini quoque Chrysogonum dicunt.

Ελιχρύσον. HELICHRYSUM.

CAP. LII.

Helichrysi cōfideratio.

Fuch. error.

Helichrysi ui
res ex Gal.



cap. xxv. ubi de eo differuit his uerbis. Heliochrysum, inquit, quod alij Chrysanthemon uocant, ramulos habet candidos: folia subalbida, abrotono similia: ad solis repercutsum aureæ lucis in orbem ueluti corymbis dependentibus, qui nunquam marcescent. qua de causa deos coronant illo. Quod diligentissime obseruant Ptolemaeus rex Aegypti. Nascitur in frutetis. Helichrysi sub Amaranti nomine mentionem fecit Galenus libro vi. simplicium medicamentorum, sic inquietis. Amarantum facultatis est incidentis, & extenuantis. Coma igitur eius menses cum uino pota educit: & grumos sanguinis liqueare creditur, non solum in uentre, sed & in uesica: sed tunc potius cum mulso bibenda.

HELICHRYSON, quidam chrysanthemon, non nulli & id amaranton uocant, quo deorum simulacra coronant. Ramulum habet candidum, uirentem, rectum, firmum: folia intercedentibus spatijs angusta, abrotono similia: comam aureæ lucis, in orbem: vmbella rotunda, veluti siccis corymbis dependentibus: radice tenui. Nascitur in asperis, & torrentium alueis. Contra serpentium iectus, coxendicum dolores, vrinæ stillicidia, ruptaque, coma è uino pota opitulatur: ciet menses. Sanguinem concretum ventris ac vesicæ absumit, pota cum mulso: ieunis, trium obolorum pondere, fistit destillationes, data in uino albo dilato. Vestibus inferitur, ut eas ab erodentium iniurijs tueatur.

HELICHRYSON copiosè prouenit in Hetruria in pratis gracili solo, in cultisq; locis, stiiculosis collibus, necnon etiam in fluminum alueis. Caule constat recto, æquali, ac lignoso, cubitalem longitudinem non excedente: folijs per interualla emergentibus, abrotoni ænulis: comantibus in cacumine floribus, aureo colore fulgentibus, & in orbem umbelle modo coherentibus, corymbacea facie, ueluti myriophylli, uel agerati: qui exiccati aureum colorem diutius retinent. Proinde commode lyce, quod eo tempore flores deficiant, puellæ siccum Helichrysum coronamentis suis inserunt, quemadmodum & Amarantum purpureum, quod nostris Hetruscis uulgò dicitur Fioruellum. Helichrysum depinxit Fuchs in suis clarissimis de stirpium historia commentarijs, folio echij aculeato, & floribus bupthalmi. Qua in pictura ipsum deceptum suspicor, quod ea Helichryso minimè respondere deprehendatur. Helichrysmeminit Plinius lib. xxxi.

40

50